UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput XI. De ordinatione Flaviani Antiochensis Episcopi, & de his quae propter jusjurandum acciderunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

προςέταγμα, ἐντὸς τειχῶν εἰς τὰς πόλεις εἰσδεχθῆναι, παρὰ τὸ νενομισμένον ῥωμαίοις, ἀμοιβαδόν τε ὑπὸ ψαλμῳδίαις ταῖς ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τιμώμενον, ἕως ἀντιοχείας διακομισθῆναι.

A cadaver illud intra urbes receptum fuiſſe, præter morem inſtitutumque Romanorum: & pſalmorum cantibus per ſingula loca alternatim exceptum, honorifice Antiochiam uſque deductum fuiſſe.

Κεφ. ια΄.

Περὶ τῆς χειροτονίας φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου ἀντιοχείας, καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ συμβάντων παρὰ τὸν ὅρκον.

ΚΑὶ μελέτιος μὲν τοιᾶσδε ἠξιώθη ταφῆς· χειροτονεῖται δὲ ἀντ' αὐτοῦ φλαβιανὸς παρὰ τοὺς δοθέντας ὅρκους· ἔτι γὰρ παυλῖνος τῷ βίῳ περιῆν· ἐκ τούτου δὲ μεγίστη πάλιν ταραχὴ τὴν ἀντιοχέων ἐκκλησίαν ἐπέλαβε· καὶ πλεῖστοι σφᾶς ἀπέσχισαν τῆς πρὸς φλαβιανὸν κοινωνίας, καὶ ὑπὸ παυλίνῳ ἰδίᾳ ἐκκλησίαζον· διεφέροντο δὲ τούτου χάριν πρὸς ἀλλήλους καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς· καὶ αἰγύπτιοι μὲν, καὶ ἀράβιοι καὶ κύπριοι, ὡς ἐπὶ ἠδικημένῳ παυλίνῳ ἠγανάκτουν· σύροι δὲ, καὶ παλαιστινοὶ καὶ φοίνικες, ἀρμενίων τε καὶ καππαδοκῶν καὶ γαλατῶν, καὶ τῶν πρὸς τῷ πόντῳ οἱ πλείους, τὰ φλαβιανοῦ ἐφρόνουν· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐχαλέπαινεν ὁ ῥωμαίων ἐπίσκοπος, καὶ πάντες οἱ πρὸς ἑσπέραν ἱερεῖς· καὶ παυλίνῳ μὲν ὡς ἐπισκόπῳ ἀντιοχείας τὰς συνήθεις ἔγραφον ἐπιστολὰς, ἃς συνοδικὰς καλοῦσι· πρὸς δὲ φλαβιανὸν σιωπὴν ἦγον· καὶ τοὺς ἀμφὶ διόδωρον τὸν ταρσοῦ, καὶ ἀκάκιον τὸν βεροίας, τοὺς αὐτὸν χειροτονήσαντας, ἐν αἰτίᾳ ἐποιοῦντο, καὶ ἀκοινωνήτους εἶχον· ὥστε δὲ τὰ περὶ τούτων διαγνῶναι, ἔγραψαν αὐτοί τε καὶ γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς, συγκαλοῦντες εἰς τὴν δύσιν τοὺς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους.

Caput XI.

De ordinatione Flaviani Antiochenſis Epiſcopi, & de his quæ propter jusjurandum acciderunt.

B AC Meletius quidem hujuſmodi ſepulturam eſt conſecutus. Flavianus vero ejus loco ordinatus eſt, contra jurisjurandi fidem. Nam Paulinus adhuc ſuperſtes erat. Qua ex re ingens perturbatio Antiochenſem Eccleſiam iterum occupavit: & plurimi ſe à communione Flaviani ſejunxerunt, ac ſeorſum ſub Paulino collectas celebrarunt. Sed & ſacerdotes ipſi, hujus rei causâ inter ſe diſſidebant. Et Ægyptii quidem cum Arabicis & Cypriis, Paulini tanquam injuriâ affecti vicem dolebant. Syri vero & Palæſtini ac Phœnices, & ex Armeniis, Cappadocibus, Galatis ac Ponticis plerique, Flaviani C partes fovebant. Verum Epiſcopus Romanus & reliqui Occidentalium partium ſacerdotes, non mediocriter indignabantur. Et ad Paulinum quidem tanquam Epiſcopum Antiochiæ, conſuetas ſcribebant Epiſtolas, quas ſynodicas appellant. Ad Flavianum vero nullas literas dabant. Quin & Diodorum Tarſi & Acacium Berœæ Epiſcopos qui illum ordinaverant, in crimen vocabant, & ab eorum communione abſtinebant. Itaque ut his de rebus cognoſceretur, tum ipſi, tum Imperator Gratianus, ad Orientales Epiſcopos ſcripſerunt, eos in Occidentem convo- D cantes.

Κεφ. ιβ΄.

Ὅτι ἐβουλεύσατο θεοδόσιος πάσας τὰς αἱρέσεις ἑνῶσαι· καὶ περὶ ἀγελίου καὶ σισινίου τῶν ναυατιανῶν, τί εἰσηγήσαντο· καὶ ὡς συνόδου πάλιν γενομένης, μόνους τοὺς τὸ ὁμοούσιον δοξάζοντας ὁ βασιλεὺς ἀπεδέξατο· τοὺς δὲ ἄλλως φρονοῦντας, τῶν ἐκκλησιῶν ἀπήλασε.

ΚΑτὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, τῶν ἀπὸ τῆς καθόλου ἐκκλησίας καταλαμβανόντων τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, πλεῖσται πολλαχῆ τῆς ὑπηκόου

Cap. XII.

Quomodo Theodoſius omnium religionum ſectas unire voluerit. Item de Agelio & Siſinio Novatianis: quid ab illis conſilii datum ſit. Et quomodo Synodo iterum congregata, ſolos Homouſianos probaverit Imperator: eos vero qui aliter ſentirent, Eccleſiis ejecerit.

EOdem tempore cum Catholici Eccleſias occuparent, multis in partibus Imperij Romani graves motus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN